

cum duarum civitatum jure civili nemo censatur civis . A. Alex. lib. 4. cap. 10.

Augulus cum civitate Romanam servis contaminari videret (quod etiam Dionysius Halicarn. lib. 4. conqueritur) eos multis difficultatibus à libertate justa removit. Nam & de numero, & de conditione, & differentia eorum, qui manumitterentur, curiosè cavet: ut Suetonius in ejus vita testatur. Hinc nata lex Ælia Sentia, hinc Furia Caninia, hinc Junia Narbona, quæ quatuor post ejus mortem annis, imperante Libero, à M. Junio Silano, L. Norbano Balbo Coss. lata: qua constitutum est, ut ii servi, qui neque causa, neque vindicta, neque testamenti ambitione liberi fierent, non cives Romani, sed eodem jure quod Latini coloni essent. Ulpianus autem in Institutionib. differtè variis in locis declarat, eos neque testamenti faciendi, neque connubii, neque patrie potestatis, neque tutelæ recipiendi jus habuisse: eosque Latinos Junianos ad Colonorum similitudinem appellat. Horum. de Verbis juris.

NON SUSCEPTUM.

Antipater in libro de Cleanthis, & Chryssippi discrepantia, noluisse scripsit Zenonem, & Cleanthem, ne ledere patrias suas viderentur, cives Athenienses fieri, cum tamen Athenis viverent: non aliter, atque filii uxore relicta, cum alia vivas, una dormias, atque liberos tollas ex alia: nec instrumenta tamen dotalia confribas, ne facere priori injuriam videatur. Plut. de Stoicorum pugnis.

LEGUM COMMUNITAS.

Municipes sunt cives Romani ex municipiis, suo jure, & legibus suis utentes, muneri tantum cum pop. Rom. honorarii participes, à quo munere capessendo appellari videntur, nullis aliis necessitatibus, neque ulla pop. Rom. lege astricti, cum nunquam populus eorum fundis factus esset. Primos autem municipes sine suffragii jure Carites esse factos, accepimus: concessumque illis, ut civitatis Rom. honorem quidem caperent, sed negotiis tamen, atque oneribus vacarent, pro sacris bello Gallico receptis, custoditisque. Hinc tabule Carites appellatae versa vice, in quas censores referri jubebant, quos nota causa suffragiis privabant. Sed Coloniarius alia necessitudo est. Non enim veniunt extrinsecus in civitatem, nec suis radicibus nituntur, sed ex civitate quasi propagatae sunt, & jura, institutaque omnia Pop. Rom. non sui arbitrio habent. Quæ tamen conditio, cum sit magis obnoxia, & minus libera, potior tamen, & præstabilior existimatur, propter amplitudinem, majestatemque Pop. Rom. cujus ista colonia, quasi effigies parvæ, simulachraque esse quadam videntur, & simul quia obscura, obliterataque sunt municipiorum jura, quibus uti jam per ignorantiam non queunt. Hinc factum, ut Prænestini maxime, à Tiberio Imperatore petierint, ut ex colonia, in municipii statum redigerentur. Id illis Tiberius pro referenda gratia tribuit, quod in eorum finibus sub ipso oppido, ex capitali morbo revaluisse. Gell. l. 16. cap. 13.

HABITATIONIS COMMUNITAS.

Huc ea, quæ civibus omnibus intercedit, Locorum publicorum in primis, tam Sacrorum quam Profanorum communio.

OPUM COMMUNITAS quoad KTHEIN.

Agis Lacedæmoniorum rex, non solum augendi fortunam suas desiderio abstinuit: verum renovatis quoque Lycurgi legibus, voluit, ut inter cives omnes fortunæ æquarentur, & ut à se hujus rei exemplum proficeretur, omnes opes suas in commune transtulit, atque aliis Lacedæmonies se opibus æquavit. Plutarch. in ejus vita.

XTHIN V. G. COMMUNES Putei.

Hinc quæritur Atheniensium denominata videntur, quasi quæritus quædam.

Plato suis in legibus licere noluit alicui fumere aquam è puteo vicini, atque ita omnibus horis diei molestum illi esse, nisi prius ipse aquam sedulo suis in sedibus conquisivisset, & usque ad cretam demum solum fudisset, qui vero hoc prius fecisset, nec laborem illum, sumptumque declinasset, cum omnia frustra expertus esset, libere poterat uti aqua propinqua domus. Cretam vero terminum esse aque notum est, quia solidam eam terram, diutius penetrare illa non potest, unde in ea tantum in poculo, valisque aliquo aqua diu servatur. Plin. lib. 31.

singulari creta semper spem putei adduci testatur. Villovius l. 31. Variar. l. 4. cap. 15.

IGNIS.

Ab ignis communione Theopu Græcorum, & Burgi Germanarum. Hi ab illis, ab his Platonis testimonio res, dox est barbara. Si Græci igitur nomen à Germanis, etiam remissam de sumperunt.

HONORUM COMMUNIO.

Carites Tabule quæ dicuntur, Gellius lib. 16. c. 13. his docet verbis: Primos municipes sine suffragii jure Carites esse factos accepimus: concessumque illis, ut civitatis Rom. honorem quidem caperent, sed negotiis tamen, atque oneribus vacarent: pro sacris bello Gallico receptis, custoditisque. Hinc Tabule Carites appellatae, versa vice, in quas referri jubebant, quos nota causa suffragiis privabant. Pedanus in Divin. Qui plebejus erat, in Caritum tabulas referebatur, & ararius hebat: ac per hoc non erat in eadem centuria, scilicet ad hoc ut civis esset, sed tantummodo, ut pro capite suo tributum nomine ara penderet. Horum. de Verbis juris.

MAGISTRATUM CERTORUM COMMUNIO.

Erat Rom. vetus mos, ut qui jus Latii haberent, alios fumere magistratus, aut præfides non tenerent, nisi Romani cives. Nemanenses etenim, cum jus Latii obmerent, ad adilitatem, & quaesturam, alioque honores, nullos nisi Romanos cives admittere. Alex. lib. 4. c. 10.

DE POLITIIS SINGULARIBUS.

Aristoteles l. 2. Politicorum diversas præcipuarum Rerum pub. formas tum veras, tum falsas ab aliis proponit, earumque defectus, & incommoda enarrat ut sua interim, quam meditatabat, fundamenta sensim jaciatur. Ejusdem Respublicæ à Laertio in catalogo librorum recensentur. Sic ex recentioribus V. Volfgangus Lazius de Repub. Romanorum, Carolus Sigonius de Hebræorum, Atheniensium, Lacedæmoniorum rebus pub. Alii de aliis ex professo. Itidem nos hic de singulis singularium Rebus pub. agere possemus, & ceterum ea moderatone, ne Rhapsodia historice limites transisterent: cum ut in præcedentibus ipsi Titulis Politicis universales Politiarum exempla singularia accommodavimus, ita hic Politia singulares per Titulos generales duci queant.

HEBRÆORUM POLITIA.

Hebraei, à quibus Josephus l. 1. Antiq. cæteras nationes originem traxisse probat, multis antè saculis, quam aut Attici imperarent, aut Athenæ conditæ forent, regnarunt, quorum respublica, eodem auctore lib. 20. primo quidem sub populari potestate diu permansit. Delegerunt inde sibi Judices, five Optimates Judicium inde petiit, à Samuele propheta regem petierunt. Illo autem id agere ferente, & Domum de eo consulente, responsum accepit: Pareret Israhelitis; prius tamen omnia incommoda, quæ a rege perpetui essent, illis recense-ret. Fecit illud Samuel. At illi pertinaciter instabant, ut sibi rex crearetur, quod cæterarum gentium filios essent, rege eos gubernante, educante, bella eorum gerente. Itaque Samuel illis Saulem dedit. i. Reg. 8. Regiam potestatem quo multo post in duplicem tyrannidem divisa est) annos 496. ac tandem ab Assyriis everfa. Prius tamen reges Samariæ, ac decem tribus in Chaldaem abductæ: deinde reges Hierosolymorum cum reliquo populo: qui cum annos LXX. exulasset, postliminio reversus in patriam sub regibus suisdem, & Pontificibus tandem floruit, quoad intestinis seditionibus, & bellis finitimum, nunc in Ægyptiorum, nunc in Græcorum, postremo in Idumæorum potestatem venit. Ad extremum redacta Judæa in provinciam formam ab Augusto, pertulit Imperium Romanorum à quibus centesimo post anno defecit: quibus temporibus Titus Hierosolyma expugnata, & funditus everfa, tanta populi strages, tum in Asia tum in Africa secuta est confpirantibus finitimis omnibus ad unum populi everfionem, ut gens illa penitus interiret crederetur. Joan. Bodinus Methodi historice cap. sexto. Gabinus, captis à Pompejo magno Hierosolyms, & Aristobulo rege capto, constituitis quoque juridicis conventibus, in totidem aequales partes totam provinciam distribuit: ita ut aliis parti peterent Hierosolyman, alii Gadara, Amathuntum alii: quarta vero Hierichuntum, quinti Saphoram, quod est Galilee oppidum: sicque libertati Judæi dominis, sub optimatum gubernatione debebant. donec Aristobulus è vinculis

elapsis novos tumultus excitavit. Josephus libro 14. capite 10. A. Antiquitatum.

LACEDÆMONIORUM POLITIA.

Imperium Lacedæmoniorum à regibus (qui annos circiter CCC. ab Eurythene usque ad Lycurgum regnarunt) in tyrannidem, ut Plutarchus tradit, conversæ cooperat, cum Lycurgus popularem potentiam inffituit, sed valde moderatam. Anno post XXV. Theopompus, ac Polydorus optimatum Imperium omnino stabilierunt, atque in eo statu floruerunt annos LXV. usque ad Nabida tyrannum, quem Achei, duce Philopemene, Imperio spoliarunt, sublatæque Lycurgæ disciplina, ex Achæorum inffitutis Lacedæmonios vivere coegerunt. Tandem Achai quoque à Romanis fracti sunt: & utriusque Romanorum Imperio accesserunt. Joan. Bodinus Methodi historice capite 6. Rempubliam Lacedæmoniorum inter Græcos facile principem extitisse, historice tradunt: quod et Monarchia, Aristocrata, ac Democratia, permixta, constitutaque fuit. Habuit enim regem, qui unius gubernationem, & Senatum, qui paucorum potentiam, & Ephoros, qui popularem statum representabant. Cuspius in libro de Cæsaribus A. D. Spartana Respub. auctore Cleomen. Leonida F. mutata in flammam. Vide Tit. Magistri fortitudinis ejusque. Rursum T. Plam. Romanus, fractis Nabidis tyranni Lacedæmoniorum opibus, vicis, & castella Laconiciagri Achæis adiderat. Philopemene ductu Achai Laconicos fines ingressi, defensionis auctores (desererant enim Spartani) deposcunt: polliciti fore, ut indicta causa nihil passuri essent. Civitate mecu attonita, qui deposcebantur sua sponte se iuros professi sunt, & quia communis causa agebatur, plerique alii tum secuti. Ubi in castra venient esse Spartanorum exultum, qui cum Achæis erant, incursu, favente multitudine, ad septemdecim eorum, qui venerant, contra jus gentium & fidem à duce in id datam interfecerunt. Postridè cæteri, qui tres, & sexaginta numero fuerunt, è vinculis irate multitudini objecti, damnati ad unum omnes supplicio traditi sunt. Principum clade territi Lacedæmonii, muros urbis diruere jussu, exules reducere, Lycurgum legibus abolitis Achæorum moribus assuecere. Muri disiecti sunt, Lycurgique disciplina sublatæ, quæ octingentes ea civitas annos florerat. C. Sab. l. 7. Eon. 5.

ATHENIENSIVM RESPUBLICA.

Cum rex Atheniensium Cærops Atticorum XL. oppida fortiter ab hostium incurfione prohiberet, regnum adeptus esse dicitur, ab eoque regnatum est usque ad Æschylum annos cititer CCC. Post Æschyli mortem, qui periculum Imperium tenebat, optimates magistratum quæsi Dictatorem decemennale crearent. Sed cum is magistratus nimis potestatem abuteretur, anno definerunt. Primus Creon annuus magistratus, qui ægæ à Græcis, Judex è Latinis dicebatur, electus: eoque magistratu tantisper usi sunt, dum Pifistratus eodem modo, quo Dionysius Syracusis ad corporis securitatem imperata cohorte adversus Alcmaonidas perpetuum potestatem invasit. Tum Hipparchus & Hippion Pifistratida, Imperium annos septuaginta, ut Aristoteles scribit, vi tenebant, quousque alter cæsus est: Altero mortuo, secuta est popularis potestas à Solone prius inffituta: sed legitima tamen, ac iusta, Nam quinta classis, id est, infima plebs, & populi pars longè maxima, lege Solonis ab honoribus & Imperis arcebatur: Primum Aristides legem illam abrogavit: Postremo Pericles statum popularem in turbulentam ochlocratiam mutavit: cum Areopagitarum sublatæ aut valde immutata potestate, qua Reipub. salus & dignitas continebatur, ad plebem infimam omnia judicia, consilia, totiusque Reipub. gubernationem, propositis præmissis, ac largitionibus quasi eam Imperii detulisset. Eo mortuo, deinde egesto Alcibiade, cæso Nicia cum exercitu in Sicilia, Imperium ad optimates plebi restitutum. Tandem amissa classe ad Ægospotamos, Athenienses cum sociis omnibus in Lacedæmoniorum potestatem venerunt, à quibus optimatum potestas est ubique pro populari constituta. Hinc XXX. delecti optimates, Atheniensium Reipub. gubernarunt: qui statim evaserunt factiosi tyranni. His igitur paulo post à Thrasylbo cæsus, ac prostratus, summa potestas rursus ad populum rediit, ac tandiu stetit, quoad Antipater Lamiaco bellum populare Imperium paucis optimatibus, qui sua iusta agebantur, permisit. Eo tempore etiam Macedoniorum rex L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

gum vim illatam coacti habuere, eandem tamen gubernandi formam integram servare. Quidam sane tradunt, ea tempestate per annos decem illos optimo statu gubernasse, quæ Macedonum principi paruerit Cassandro. Hunc enim virum, cum aliis in rebus vehementior tyrannus esse videretur, certè in Athenienses benignam exercuisse mentem constat. Demetrium namque Phalereum civibus præfectum dedit. Theophrasti philosophi familiarem qui non modo popularem non destruxit potentiam, sed etiam melius, rectiusque restituit. Documento sunt illius viri commentaria, quæ de ista Reipub. scripta reliquit. Verum tantum invidia valuit, & in paucos odium, & inimicitia, ut post Cassandri obitum in Ægyptum fugere coactus sit: insurgentesque statuas ejus plures CCC. de tractas conflare, etiam in matulas. Strab. 9. Ergo quarto decimo post anno, Demetrius Poliorcetes egesto Phalereo, specieque propofita libertatis, tyrannidem invalit. Eo tamen ab hostibus capto, Athenienses rursus popularem libertatem utique ad Sylla tempora retinuerunt: is enim urbem Michridati faventem, cui præfecerat Aristonem tyrannum impotentissimum, expugnavit, tamque hostiliter, tantaque cum civium strage diripuit, ut rivi sanguinis tota urbe decurrere ferantur. Antea quidem populi Romani beneficio libertate fruebantur, quam postea quoque eodem beneficio recuperarunt, ut Plinius scribit: nihil tamen præter umbram libertatis habuerunt, cum tyrannorum, ac magistratum libidini servirent. Sed animadvertione dignum est, quod Imperium Græciæ annos duntaxat septuaginta tenerunt, ut Appianus scribit. Jo. Bodinus Meth. bist. cap. 6.

ROMANORUM RESPUBLICA.

REP. MUTATIO.

Romæ Romulus, auctore Floro, ejus conditor, à Marte genitus, & Rhea Sylvia, primum Imperium tenuit, à post quem sex deinde Reges sequuti sunt, sub quibus (teste Livio in primo ab Urbe condita) CXXIV. anno monarchia duravit: Exin pulso Tarquinio Superbo, qui regum ultimus fuit, mutata civitatis forma, sequuta est Aristocrata, id est, optimatum principatus, nam pro regibus duo Consules (ut Livius in 2. & Dionysius in 4. testantur) creati sunt, L. G. Junius Brutus (qui libertati vindicæ extiterat) & Tarquinius Collatinus: qui Consules dicti à consulendo, hoc est, providendo: apud eos summa totius Imperii erat, in exercitum ductabant, & ab eorum summa totius Imperii erat, in exercitum notabatur. Post annum magistratu annuo numerus annorum notabatur. Post annum deinceps CCC. alterum, quam condita Roma erat, velut Livius in 3. prodit, iterum mutata est forma civitatis, à consulis ab Decemviris, qui, uti quibusdam placet, tertio anno depositi sunt, libidine Appii Claudii, qui Viginiam, cuius stuprandæ amore flagrabat, in servitutem abicere voluit. Qui cum pro libidine omnia agerent, officium suo commodo metientes, ac quod ex iporum usu, non è Reipub. esset, in primis facientes, & eos ob id nonnulli Senatores, uti inquit Feneftella, decem Tarquinos appellaverunt, viderit tunc Romæ magis monarchia quam aristocrata fuisse. Hoc pacto exactis Decem viris, ad priores formam regiminis reditum est. At dein anno CXX. conditæ Urbis, pro Consulibus primum Tribuni militum creati sunt, A. Sempronius Atracinus, L. Attilius Longus, & T. Cæcilius Siculus. Democratia autem, id est, popularis principatus, sensim irrepfit, & plebe paulatim per seditiones adipifcente nobilitatis magistratus. Primum enim C. Canulejo auctore, plebei connubia promiscua cum patriciis habere H. ceperunt: deinde cum Tribuni plebis quotidie magis magisque instarent, à patriciis tandem concessum est, ut ex plebe tribuni quoque militum consulari potestate fierent: & ita P. Licinius Calvus primus creatus est, anno Urbis condita CCLV. Deinde plebs consilium assequuta est, & L. Sextius Lateranus de plebe primus Consul factus anno Urbis condita CCLXXXIX. Novissime obtinuit & dictaturam, summum in urbe decus: primusque ex plebe C. Marius Rutilius Dictator dictus fuit, anno ab Urbe condita 399. Hæc ex Liv. l. 4. c. 5. & 6. & 7. ab V. C. & Plut. in vita Camilli. Romæ Reip. administratio ex optimatibus ad popularem principatum venit, ad ochlocratiam, seu anarchiam quandam, à seditione Græciana ad Marium usque, & Syllam. Hi enim novissime in monarchiam, id est, ad unius Imperium, formam civitatis redegerunt (teste Appiano in 1. de Belli Civilibus) fracta omni senatus potestate. Sexto denique ac 30. post anno, à Casare, & Pompejo partium duobus miserimè jactata fuit Respublica, quousque legitimo unius Augusti dominatu gu-



rum urbs ampl a, atque magnifica: mercatura, & rei navalis studio à parvis initiis crevit. Sed ea propter incredibilem situs magnitudinem, ante alias, & beata, & mirabilis existimatur: quod interfluens Adriæ paludibus cincta, nullisque ob id opportuna hostium injurijs: veteres thesauros domesticæ in pace cumulat, periculosos etiam temporibus conservavit.

Sunt autem Veneti homines in univèrsam consilio graves, severi in iudicijs, in adversa rerum fortuna constantes, in altera nunquam immoedi.

Tantum verò, ait Pontanus, felicitatem concordia studium maximè peperit, ac vivendi inter se æquabilitas, è statuendis, ac servandis legibus nata. Hunc itaque tendarum legum cõsensum secuta est administrandæ Reip. commodissima securitas. Nam ne unquam Nobilium animi per ambitionem insolerent, qui cam initio constituerunt, unum & quidem summum constituerunt Magistratum, quem qui gereret, Ducem vocaverit: Senatus quidem Principem: ceterum cui injussu Senatus, nec pacè agere, nec bello publicum quiddam liceat. Dux ipse Senatui consultit: Senatus autem decernit, cujus tamen decreta Ducis nomine feruntur. Hoc mortuo, è numero Senatorum, statim alter per suffragia creatur: huic de publico certa penduntur stipendia. Senatus ad eum cogitur in Curia, quam egredi Ducem, nisi statim dicibus, ac certis de causis minime permittitur fit. Ceterum ipsis Senatoribus mira in dicendo libertas, summa in consulendo integritas, atque asseveratio, recti, ac veri cultus eximius, erga patriam studium supra quam cuiquam sit credibile. Quod si quando deliberandis, atque decernendis rebus in contentione sit deventum, non partium studia superant, verum publici boni ratio. Hæc Pontanus.

Lulit in hanc urbem urbium Aelius Synerus Sannazarius. Viderat Adriacis Venetiam Neptunus in undis stare urbem, & toto ponere iura mari: Nunc mihi Tarpejas quantumvis super arces obicere, & illa tui moenia Marti, ait. Si pelago Tybrim præfers, urbem aspice utramque: Illam homines dices, hanc possuisse Deos. Illius originem ita Georgius Sabinus descripsit. Iliacis olim fama effi hos sedibus actos. Adriacum Venetos incoluisse sinum. In medijsque novam fundasse paludibus Urbem, Cum ferus Illyricis Attila terror erat. At quæsse diu vicium prædantibus bamis, Humida consuetos ducere lina manu. Regna Liburnorum, sæcundaque rura Timavi Publica res armis donec adepta fuit. Atque triumphatas Insulubris abstulit urbes, Adriac quoque nunc præsidet una mari.

HISPANIÆ POLITIA.

Carthaginenses, duce Meseo, magnam partem Hispaniæ occuparunt, ut ex Justino, & Orofio intelligi potest: atque Imperium tantisper tenuerunt, dum à Romanis eiicerentur: non tamen domita erat omnino Hispania Scipionis ætate, cum ulterior suos principes Cæsaris quoque temporibus haberet. A Scipione Africano ad Gondericum Regem ( qui primus à gente Vandalorum Hispanias invasis) numerantur anni dclx. Postea Vandalis in Africam traicentibus, successit Alaricus Pannonius de gente Balthorum, qui tunc Gothorum dux erat. Ab eo Gothi ccc. annos in Hispania regnarunt, id est, D usque ad Rodericum, cujus temporibus Arabes, ac Pœni universam Hispaniam, præter Cantabros, & Astures, in suam potestatem redegerunt, anno Salutis dcccxvii. Imperii Roderici anno septimo, ut Teraphi scribit. Huic conversioni causam dedit Celsiberta princeps, qui ut illatum filiaz stuprum à Roderico vindicaret, Pœnos in Hispaniam evocavit. Postea Gallicus Carolo Magno primùm, deinde Ludovico filio ducibus, magnam Hispaniæ partem ab Arabum servitute vindicarunt, ac per legatos tandem gubernarunt, quoad Ludovicus Pius Jamfredo legato liberum Imperium permittit. Post Hispani recuperatis viribus, duce Alfonso V. Arabes ex omni fere Hispania exegerunt. Cum autem in Veromundo Alfonso filio Gothorum legitima proles defecisset, Ferdinandus I. Aragonie Rex Imperium suscepit. Postea distractis in quatuor mox etiam in quinque partes Hispaniæ Imperiis, crudelissimæ cædes non modò Principum inter ipsos consecuta, sed etiam fratrum, parentum, ac liberorum. Nam Alfonso III. Aultrix & Galliciæ princeps: omnes fratres oculis orbavit, unus etiam cæsus est, cum partem Imperii occuparet. Consimiliter Alfonso

IV. à Raymuro fratre oculis est orbatus, Raymirus alter à Ferdinando fratre crudeliter occisus: Garcias idem à fratre Sanctio, hic à Vellido. Aliquantò post Alfonso VIII. genere Gallus, Raymundi Tolotatis filius, tria Imperia cum uno & eodem conjunxit. Rursum Mauri magna classe Hispanias invaserunt, & bonam partem ad Ferdinandum usque Philippi proavum materum tenuerunt. Sic tandem Imperium, partim vi & armis, partim etiam legitima successione magnopere auctum, nunc summa cum utriusque discipline gloria florere, hoc etiam gloriosius, quod in Africam usque, & Americam, leges, & arma non sine uberrima, & quæsitiosissima mercatura, Christianæ religionis amplificandæ studio protulerunt, ac longius prolaturi sunt, cum nullum sit Imperium tam late patens ex omnibus, quæ unius dominatu reguntur, in quo minus principii tributum sit, quod Imperii bene constituti magnum est argumentum. Joan. Bodin. Met. bist. c. 6.

GALLORUM RESPUBLICA.

Galli sub Regibus primùm diutissimè floruerunt, ut Cæsar l. 6. & Livius lib. 5. testantur, coloniis in univèrsam fere Europam missis clari. Cum autem Reges impotentem dominarentur, Optimates Imperium susceperunt populum in tres ordines naturæ congruentes, hoc est, rationis, iræ, ac libidinis formam distribuerunt. Druidæ à militia vacationem perpetuam, & omnium munerum immunitatem habuerunt, ut Cæsar scribit. Igitur domesticum Imperium, Sacra, Leges, summanque iudiciorum potestatem Druidæ tenebant: Equites rem militarem unà cum Ambactis, & Solduris curabant: Plebs agros, & opificia. Cæsar tenebat apud Heduos Principum factiones Reipublicæ præsertim attulisse, cum alii Germanorum, alii Romanorum copias evocarent. Ad extremum Reipublica diuturno Cæsaris bello fracta Romanis concessit: sed ea lege, ut magna pars civitatum suo jure, ac libertate uteretur, ut Plin. lib. 7. tradit. Quadringentesimo post anno Romanis, Gothis & Hungaris dissidentibus, paulatim Franci univèrsam Galliam invaserunt, & Regiæ potestatis formam ita stabilierunt, ut militari disciplina pauci, domestica nulli diutius floruerint. Gallia Romanis paritè Cæsaris extrema de Gallis victoria usque ad Marcomerum ducem Francorum (cujus opibus freta Valentiniano tributum imperanti denegavit) annos quadringentos, & quadraginta unum, qui numerus ex quadrato septenarii ducto in novenarium conficitur. Hinc ad Varamundum novem anni, ad cuius regnum, ter novem: ex quo vero dux est appellatus, usque ad Pipinum, qui ex magistro Palatii regnum invasis, pulso Rege Hilderico, anni fuit trecenti, & quadraginta tres, cubus septenarii. A cæde Syagrii, qui Romanorum ultimis Gallias præfuit, usque ad Capetum, qui genere Gallus, natione Andegavus, Imperium Francis ademit, perfectus est ille numerus dxcxvi. Ab Varamundo usque ad Capetum anni quingenti, & sexaginta septem, numerus ex quadrato nonarii in septenarium ducto. Rursus ab Varamundo usque ad Hugonis Magni ac Principum defectionem à Rege Ludovico IV. ipsiusque captivitate, anni fuit quingenti & duodecim, solidus cubus. Hinc ad alteram Caroli Borboni defectionem à Francisco I. ejusque captivitate, quadratus est dupli duodenarii, puta quingenti & septuaginta sex. Idem ibidem.

GOTHORUM POLITIA.

Gothi, Germanicum, sive Scythicum (neque enim Scriptores consentiunt, genus hominum ferocissimum, modò Getæ, modò Daci à præfatis auctoribus nuncupati sunt: ex quibus Strabo l. 7. Gæge, auctor est, Getas discretis sedibus diversos à Dacis habitasse, ut Daci mediterranea loca tenerent, Germaniam versus, & Istri fontibus viciniores, qui olim Dani vocati sunt: Getæ Pontum versus, propius Orientem essent. Igitur Getæ, & Daci videtur gens una fuisse, atque tantum sedibus separata, quoad, eodem teste, utrisque eadem erat lingua. Iis ab Augusto pax data est, venticque fuit Danubii limite constitedere. A quibus haud multo post violatis finibus, duo Romani duces, primùm Oppius Sabinus, deinde, Domitianus princeps, Cornelius Fufcus, ad eam injuriam vindicandam missi, cum omnibus copiis cæsi sunt. Exegit deinde Trajanus princeps eam gentem Romanis finibus, atque in suas fedes compulsum vehementer afflavit. Postea Antonius Caracalla ducens adversus Parthos, Dacos ex improvviso adortus domuit. Gordianus Minor res novas molientes compefcuit. Deinde de ejus gentis motus fecuti sunt. Philippo imperante, quando jam

jam facta Romani nominis gloria ad exitum trahebant, Gothi Athiam invaserunt, Bithynia prius vastata, cum Macedonia, & bona Thraciæ parte. Hæc Barbarorum colluviem Claud. II. Imperator in Myria propemodum ad internecionem delere, trecentis millibus hostium cæsis, aut captis. Inde ab Aureliano trans Danubium usque victis, fugatique, in Aquilonarem Germaniam Chersonesum Cimbricam sese contulerunt, atque Daciam ex se dixere, insulam quoque in Oceano haud longè à Dacia, in Arcton protensam (quam forte aut tunc, aut postremo occuparunt) Gothiam appellaverunt. Dacia autem antiqua Pannoniis vicina hodie Valachia nuncupatur, eò quod Dacis inde expulsi, Romana colonia illuc missa est: nam Valach, lingua eorum, italicum significat. Valachorum deinde duæ factiones fuere, Dragule, & Dani: sed Dragule Danis impares, Turcas in eam terram induxerunt, qui Danos penè delere: quos Joann. Huniades restituit, atque Turcis cepit. P. 9. lib. 15.

SAXONUM RESPUBLICA.

Ferunt Saxoniam, quo tempore Carol. Magnus illos invasis, regibus subesse non passam, duodecim primarios viros sibi præfisse, qui per omnem provinciam publicæ utilitati inservirent, consulentes in medium de rebus gerendis. Annus erat inter illos viginti sex magistratus. Quem verò publicum de foris bellum illatum in magistratu deprehendisset, is durante bello Rex appellabatur, cuius imperio parenter uteretur. Sic Edelhardus, unus ex duodecim proceribus, paulo ante Vedeikiam, Rex inscriptus legitur: & ab urbe Oniburga quingentis viginti passuum spatii, reliquis arcis esse hodie communitate: quam artem Regiam vocant Vedeikiam. Cramz. Metrop. lib. c. 11.

\*HELVETIORUM RESPUBLICA.

Helvetiorum Reipublica constat tribus partibus. In prima pagi sunt xiii. seu Cantones, penes quos administratio est totius Provincie, quoties aut singuli suam ditionem curant, vel Comitatus de summa Reipubl. differunt. In secunda sunt Confederati, Abbas sc. cum oppido S. Galli, Rheti, sive Grisones, C Sedunum cum Valesia tota, Rotvel, Mulhausen, Bienna, & Geneva. In tertia sunt Præfectura bellicæ Turgie, Aquis, Rhegulti, Saturnetum, Inganum, Locarne, Mendesium, Vallis Madia, & Biltonium. Pagi sunt hi: Tigurini, Zurich, cuius præfectura majores sunt ix. minores xxxi. Bernensis, cuius præfectura Germanicæ xxxi. Galliciæ viii. Lucernensis, cuius præfectura xii. Verorum, qui in decem participationes sive ipsi vocantur dividitur. Sutenfis, cuius segmenta [quarta appellant] sex. Silvanensis Under V Valden, qui duos conventus habet, Tugrensis, cuius conventus quatuor, Glaronensis, in quo distinctus, (ipsi vocant Tagunam) xv. Basiliensis ad Rhenum, in quo Gymnasium vetus, præfecturas habet sex: à quo haud procul Augusta est Rauracorum, olim urbs potens, nunc tantum cinis, & rudera, cum vicino pago. Friburgensis quatuor habet præfecturas cum Bernatis communis: jus dicunt alternis per annos quinque ultimæ sunt Salodrensis, & Abbatiscellenfis. Itaq; Helvetiorum Reipubl. ex Optimatis, & imperio populi mixta est. Et quamvis Legati, qui in publicis conventibus in commune Reipubl. Helveticæ consulunt, aut jus dicunt, videntur Optimatum politiam constituisse, tamen cum plerisque omni à populo deligantur, & in causis paulo majoris momenti non habeant liberam decernendi potestatem, sed omnia ex mado populi agant, & ad eum de singulis referre cogantur, facile apparet, talem Senatuum non penè Aristocraticum censeri posse. Pepererunt autem Helvetii libertatem suam magno suo discrimine, & periculis variis, ac primi fedus inierunt Urii, Suii, Underwaldii ann. Chr. m. cccviii. & ita sensim accesserunt plures, sic ut in eam, quam hodie obtinent, potentiam creverint. Legatur Simlerus particularibus libris de Helvetiorum Reipubl. c.

PRUSSORUM POLITIA.

An. Salut. 1525. mutatus fuit Reipublicæ status per Prussiam, quæ est extrema Germaniæ provincia, versus mare Balticum. Henrico sexto Frid. Barbarossa filio Casate, cum recuperata Hierosolyma Christiani belli gereret, instituitque Ordo militum, ut vocant Marianorum, Teutonicorum: qui quoniam pro religione pugnant, crucem albam in vestibus. L. B. T. cat. vit. Human. Tom. VI.

bus ferebant, veluti insignis quoddam, atque notam suæ professionis: fuit hoc ad annum Sal. m. ccc. Ejus ordinis primus magister fuit electus, ut memoria prodium est, in castris ad urbem Ptolemaida Prussiam deinde subegerunt illi, Friderico II. Cæsare: & cum auctis viribus bella gessissent, aliquando cum Poloniæ Regibus, prælio victi, fidem per jurandum dediderunt Casimiro Poloniæ Regi, patri Sigismundi. A primo Magistro usque ad Albertum Marchionem Brandeburgicum intercesserunt anni triginta tres. Albertus autem electus fuit anno Salut. m. dxi. Is per biennium grave bellum gessit cum Poloniæ Rege Sigismundo, & ann. Salut. m. dxxi. pacta fuerunt in annos quatuor inducia. Interea subinde sollicitabat Casarem Albertus & ordines Imperii, de auxiliis, & ad comitia Noribergæ ipse venit, & ut Imperii Princeps locum suum habuit in consensu, nam belli causa erat, quod in Poloni verba jurare nollet. Cum autem & Cæsar Carolus V. esset bello Gallico impeditus, & Turca in Ungariam impetum faceret, & seditione rusticorum distineretur Germania, sic ut auxiliis inde nullum sufficere posset, & jam exirent inducia, pacem cum Polono fecit, eique fidem dedit, ut præcipuo suo magistratu, & religione simul & ordine mutato, Prussiam sibi vindicaret, & qui fuerat antè Magister, jam de voluntate Regis, Dux Prussiarum iactatus, aliquantò post in matrimonium duxit Frid. Damiæ Regis filiam Dorotheam, & Academiæ Conigspurgi, Montè Regium vocant, instituit. Eo factò univèrsam ordinem in se concitavit. Nam est Prussiam tenebat, ac Poloniæ Regis præsidio nitebatur, tamen de communi consensu Valtherus Chronbergus ei suffectus est, qui præicum nomen, atque statum repræsentaret. Is deinde in omnibus comitiis graviter eum accusavit. Ille autem edito scripto, pro facti rationem explicavit, quod extrema necessitate coactus, cum ab Imperio destitueretur, in Poloni clientelam sese dedisset.

DANORUM RESPUBLICA.

Eodem tempore, quo Pyastus in Polonia, Carolus Magnus in Gallia, Nicephorus in Græcia imperium interunt, simul quoque Gotricus Danicæ regnum armis, ac legibus stabilivit, ab eoque regnatum est annos centum quadraginta. Tum Henricus Auceps, Imp. Germanorum, regnum illud in provincie formam redegit. Sed cum de imperio postea Dani defecissent, rursus ab Othone victi sunt, atque iterum rebellant. Suone Rege, qui à Valdemaro fratre dejectus est: à quo regnum successione delatum est anno post ducentesimo quadragiesimo ad Margaritham, que Danicæ, Sueciæ, ac Norvegiæ præfuit imperis: & que Pomeraniæ Ducem adoptavit. Irgelimo quinto post anno Engelbertus à Danis deficiens, Sveciæ regnum invasis, quod postea civili seditione coactus reliquit. Rursus triplex illud regnum unius imperio Bavari paruit: Post hunc Christianus electus est, à quo ceteri consequentes ad hæc usque tempora imperarunt. Joan. Bodinus Met. bist. cap. 6.

BRITANNORUM RESPUBLICA.

Britanni à Bruto denominati (quo duce ex Græcia in Albionem insulam delati sunt, anno orbis conditi supra quatuor millesimum vicesimo septimo) inconcussam in Albionis parte imperium mille centum sexdecim circiter annos tenuere: quo tempore bello à Romanis Duce Julio Cæsare petiti, vechigalesque facti, tributum aliquandiu pependerunt. Postea in provincie formam redacta Britannia, Reges quidem sua gentis habuit: ceterum nomine tenus duntaxat, tota à prætoribus Romanis administrata, ad annum usque Salutis humanæ H quadringentesimum tricesimum sextum: quo tempore Scotorum, Pictorumque armis subacti, triginta annis tributum, agri haud exigua parte adempta, illis solverent: id quod Pauli Diaconi, Bedæ, Antonii Sabellici, ac multorum aliorum cum veterum, tum neotericorum auctoritate constat. Ac Barbarorum mores immanitatis pertæsi, assecti jam antea Romanis deliciis, Constantium Androani Armoricæ Regis filium, in subsidium adversus Scotos, Pictosque accesserunt. Is cum ingentibus copiis adveniens, repulso illorum jugo, Britannicum restituit imperium, anno à natali Christi Domini quadringentesimo sexagesimo quinto. Regnavit is, & post eum filius ejus Constantius, atque inde Vortigernus, non plus universi duobus, & viginti annis. Tum ingruentibus denuò Scotis, Pictisque, rursum penè in pristinum redacti servitute, Vortigerno Rege auctore à Saxonibus auxilium implorarunt. Duodecim inde annis Vortigernus, auxilio Saxonum, injuriam Scotorum, Pictorumque prohibuit. Sed illis fidem non servantibus, duobus Henrico, ac Orta fratribus, in extremam perniciem ductus est.

Quos enim ad veris aliorum vim subsidio vocaverat ab his, magna Britannorum parte occisione occisa, ipse captus, in Galliam exiguum regni partem cum reliquis relegatus est, Saxones reliquum Hengisto Rege confituro occupantibus, unde & Angliæ nomen regio obruit, populique Angli dicti sunt. Nec tamen Britanni hac re profus considerant. varia enim fortuna ad Arthuri Regis usque tempora cum Anglis pugnant. Ceterum eo deleto, idem regni qui vitæ ejus finis fuit, accersis enim viribus, palmam deinceps Saxones concessere. Ab Arthuro, qui fato cessit anno quingentesimo quadragesimo secundo, ad annum millesimum decimum sextum Britanniam Angli tenuere: primum sub uno Rege, inde in septem regna divisam, mox rursus ad unum redactam, eisdem ferme quos nunc regni terminos habentes. Subinde à Danis Angliam invadentibus subacti Angli, quinque Reges Danici sanguinis habuere, Suenonem, Heraldum ejus filium, Canutum, Heraldum cognomento Hairfur, denique & Herdecantum. Ab illis leges, magistratusque accipere: hic nimis quam superbe genti insultans, non ferentis fœdam diutius servitute, una nocte per universam regionem B Danica nobilitate occisa, cum idem sibi imminere exitum cerneret, mortem sibi ipse concivit. Itaque Eduardum Eldredi (qui postremus ante Danorum adventum in Angliam regnaverat) filium Regem constituunt. Verum eo paulo post defuncto, atque ob singularem vitæ integritatem in divorum numerum relato, veritū Angli, ne ira amissi regni Dani rursus infestis arma inferret, Heraldum, patre quidem Godovino gentis Angliæ, sed matre Canuti Regis filia progenerum, Regem sufficiunt, spreto Eduardo D. Eduardi Regis pronepote fratre D. Margaritæ Scotorum postea Reginæ. Ita enim fore arbitrabantur, ut restituro quodammodo Danis regno, pace deinceps tranquilla fruenterent. Atque Heraldum immanem luxu, insolentiaque perditus, Guilielmi Nothi Normannorum Ducis filium, quam uxorem acceperat, nefarie agnosibus proficiens, ab eodem justo bello petitus, vita, regnoque privatus est, quinquagesimo anno postquam Anglorum Dani imperium primum invaserant: qui fuit annus à partu Virginie supra millesimum sexagesimus sextus. Guilielmus portus Anglorum imperio, Normannos, quò simul cum Anglis coalescerent, imperiumque id unum ad posterios propagaretur, Danico nomine obliterato, in Anglorum concedere voluit, cujus stirps etiam nunc hodie regno potitur. H. Beethius.

Britanni Regiam potestatem in initio, ut omnes ferè populi, pertulerunt. Polydor. Reges enim octo, & sexaginta, ex antiquis seu veteris, seu fabulosi scriptoribus, mille circiter annos ante Cæsarem, Britannis imperasse scribit: Romanis verò, postea quam à Cæsare victi sunt, annos quingentos partitice: id est, ad Theodosium usque Juniorem, quibus temporibus cum à Scotis, & Pictis gravissimè premerentur, ac de Romanorum auxiliis desperare cœpissent, Anglorum, & Saxonum opem à Germania evocarunt. Expulsis Britannis imperium facile occuparunt: sed ita ut septem Reges divisim imperis dominarentur, ac perpetuis bellis in se ipsos graffarentur: quoad Egbertus, post annos circiter trecentos quam Angli Britannos in Galliam expulerant, id est, anno Salutis octingentesimo, penè solus imperavit. Postea Dani, ac Scoti mox victi, mox victores, insulam more prædonum annos ferè centum quinquaginta diriperunt, usque ad Eduardum majorem, qui Danis pulsus imperium recepit. Centesimo post anno bellis intestinis flagrantibus, Guilielmum Normanum evocarunt. Is Haraldus cæso, ac Republica constituta, regnum successione ad suos detulit, qui annis ferè centum ac decem fortiter imperarunt. Securus est Stephanus Comes Blefenis, genere Gallus, qui regnum legibus, ac domestica disciplinâ humaniter informavit, anno Salutis millesimo centesimo trigesimo sexto. Post Henricum secundum genere quoque Gallus, & Stephani, ut plerique ajunt, filius: paterno jure Comes Andium, Cenomanorum, ac Turonum: Stephani adoptione, & materna successione, Angliam, & Normanniam, uxoris dotè Aquitaniam, & Pictaviam consecutus: maximum imperium diutissime rexit, ac deinceps ejus posteris florens illud regnum, ac bellicis laudibus abundans annos quadringentos ita gubernarunt, ut universam penè Galliam partim legitimo jure, partim vi, partim fraudibus, cum civili bello Galli premerentur, occuparint. Tandem aliquando conspirantes Galli, & victoriarum incredibili celeritate usi, Anglos de tota Gallia possessione dejecerunt. Joannes Bodinus Methodi histor. cap. 9.

TURCARUM REPUBLICA.

Cum Turcæ à Grecis defecissent, anno Salutis circiter E sexcentesimo quinquagesimo, brevi Syriam, Ægyptum, Persiam, Africam usque ad Oceanum, post etiam Hispaniam, Cretam, Siciliam, Peloponnetum, & Italiam partem occuparunt, tanta victoriarum celeritate, ut totæ tam multas regiones antè domuisse, quam peragraffe videantur. Ac tamen si obscure est eorum, & fabulis confusa historia, quam nostri literis mandarunt, facili tamen intelligi potest ex Leone Africo, & Guilielmo Tyrionum Episcopo, qui antiquitates illorum, ac regiones penitus inspexerunt, nullum ferè imperium, excepto Romano, majus antè extitisse. Ipsi Pontifices, qui Caliphæ dicebantur, sola religionis opinione tantum valuerunt, ut leges omnes divinas, & humanas arbitratu suo moderarentur: ad his enim Imperatores & exercitus, velut à diis pendebant: reliqui Principes vitam illis, caput, fortunas, imperium denique acceptum ferabant. Sed cum de religione inter se discrepare cœpissent, propter Hali eadem, Pontifices quoque Ægypti cum Babyloniis, ac Damascenis, gravissima bella gesserunt: deinde Gallorum viribus de Hispania Hispaniore, post etiam de Italia, Cypro, ac Syria decedere cœcidi, tandem à Persis quoque, Tartariis, ac Turcis repulsi, vires in Ægypto, & Africa collegerunt, anno centesimo circiter æ millesimo: hinc Tunetani Reges à prima incurfione Arabum in Africa regnum ad hæc usque tempora gubernarunt, id est, ut Muleaffes coram Pontifice Maximo jactabat, annos pcccc. Sultani verò Ægypti à Saladino usque ad Tomumbejum, quem Selimus Turcarum Princeps in cruce egit, annos cccxxxvi. obtinuerunt. Sed tantis odibus, ac cæcibus exarferunt cum Mauris Tunetani Reges, & inter fe Mauri, post etiam Sultani, ut Hispanorum, ac Turcarum fracti viribus nunc fervire consuecunt. Iisdem temporibus, quibus Ægyptum Saladinus occupavit, duo potentissima imperia paulatim adoleverunt: Tartarorum scilicet, ac Turcarum. Scribit enim Hayto Canguiscanum Tartarorum, qui olim Scythæ dicebantur, principem imperium in Asia majore longe lateque propagasse. Et ex eadem gente unam Turcarum legionem, quæ auxilio Persis venerat, accepta religione Arabum in Asia minore conquievit: ac sensim Arabum, ac Græcorum discordia in tantam potentiam devenisse, ut ex quo Selymus homo privatus Cappadocia principatum arripuit, an. M.C.IV. G ad hæc usque tempora, omnia non modo Græcorum, & Arabum imperia, sed & Provincias omnes à Danubio usque ad Borythenem, hominum ferocissimum, & utramque Pannoniam, atque Illyricum occupaverint tametsi Persiarum, Tartarorum, & Christianorum maximis bellis implicarentur.

POLITICA BELLICA.

Vide BELLUM. POLITICA.

Significant filios, & simulatos Christianos, Religionem tempore, & occasione metientes, Libertinos, & verè Atcos, ac Macbiavellistas.

POLITICORUM NOSTRI TEMPORIS AXIOMATA, MORES, ET DOGMATA. Circa Fidei negotium, & Religionem.

Vir eximius, & sæculi sui non minimum lumen Thomas Stapletonius, in Promptuario suo Catholico, eleganter, & crudè deducit ex moribus, & sensu Pharisæorum, mores, & sensum Neopolicorum nostrorum. Illi enim Joannis c. 11. suæ dignitatis, & æstimationis integritatem, cœlestis doctrinæ, quam Christus attulit veritati anteposcentes, ejus famam, & doctrinæ progressum discurfu hoc politico enervare, & impedire, sibi que ac rebus suis consulere intendebant. Hic, inquit, homo multa signa facit, si dimittimus eum sic, omnes in eum credent, & venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem. Sanè visis tot signis ab eo patris, que arguebant eum esse plus quam hominem, potius de credendo illi, quam de eo è medio tollendo consilia capessere debebant, neque timere Romanorum potentiam eo vivo, sed occiso, prout ex Danielis propheta facile erit colligere. Et certè, si veram ejus doctrinam, & illum verum Messiam æstimabant, perversè admodum regni incolumitatem temporalem æternæ omnium salutis præponerent. Si saltem, & iniquam, ineptè Romanorum adventum prætexerant, cum potius dicendum fuisset, per illum labefactari veram fidem, traditiones Patrum contenti, statum, ac pacem Reipublicæ turbati, &c.

Non

Non alia hodie malorum omnium causa, & origo, perturbatione tamdiu religionis, & crescentis magis indies, quam quoquo modo sese remittentis calamitatis publicæ, causa propria, ac legitima dari potest, quam falsi, ficti, & simulati Christiani, quod nec Christiani, nec Catholici, cum utrumque egregie simulent, & sed Politici sunt: Politicorum & nomine gaudent, & factis exultant, & virtutem profuturum.

Politici & civiles homines, elegantes & suaves, prudentes & cordati, ipsam sacrosanctam religionis causam, politicè & civiliter tractari volunt, aliorum rusticam simplicitatem irrident, qui ad quemvis falsa doctrinæ sonitum, ad quemlibet violatæ religionis motum, zelo statim exardefcunt, & vis omnibus, ac modis integritatem fidei illasam, & scillibatam conservare contendunt. Contra enim politici isti, multa esse temporis concedenda, multa esse pro tempore dissimulanda, publica pacis causam ante oculos semper habendam, non esse irritandas crabones, hæretes istas vel debellari non posse, quia potentes, vel ex animis hominum evelli non posse, quia pernicæ hæretici sunt, vel tantis conatibus impugnari non esse necesse, quia de rebus levibus contentiditur, vel postremo tanti illas non esse, nec tantam in universum religionis curam nobis incumbere, ut pacem publicam, communèque fortunas vel ad illas reprimendas, vel ad hanc conservandam, periclitari sinamus. Quinimodò prudentis, ac politici viri esse, patriæ, & civium suorum commodis ante omnia prospicere, suis rebus consuleri. Principum placitis se accommodare, invidias, aut fultates superfluas religionis causa non subire, illam curam vel solis clericis, ac monachis, vel etiam ipsi Deo relinquere, qui suas injurias, si quas per nova hæc dogmata acceperit, ipsemet ulticij, ac vindicæ valeat. In summa id agendum, ne quis res publica, vel privata detrimenti capiat: suam sibi cusque conscientiam absque istis certaminibus sanam, ac salvam esse posse.

Hæretici politicorum hodie hominum voces, principia, axiomata, quibus illi consisti religionis causam negligenter tractant, laborantis Ecclesiæ patrociniū turpiter deserunt, fidem Catholicam hostibus nefariè produnt, & penitus profigendam relinquunt.

Sic olim ethnici, & pagani suam falsam religionem colebant, teste S. August. l. 2. de Civit. Dei. c. 20. qui hæc eorum verba profert. Tantum fiet (inquit) tantum floreat copis referta, victoribus gloria: vel quod est felicitus, pace secunda sit Resp. Et quid ad nos: Immo ad nos magis pertinet, si divitiis quique semper augeat, que quotidianis effusionibus suppetant, per quas sibi etiam infirmiores subdat quisque potentior. Obsequantur divitiis pauperes causa facultatis, atque ut eorum patrociniis quæ inertia perfruantur; divites pauperibus ad clientelas, & ad ministeria sui factus abutantur. Populi plaudant, non consultoribus utilitatem suam, sed largitoribus voluptatum. Non jubeantur dura, non prohibeantur impura, Reges non curent, quam bonis, sed quam subditis regnent. Provinciarum regibus suis non tanquam rectoribus morum, sed tanquam rebus dominatoribus, & deliciarum suarum provisoribus serviant: eosque non sinceriter honorent, sed nequiter, ac serviliter timeant. Quid alienæ vitæ potius, quam quod suæ vitæ quisque noceat, legibus ad veretur. Nullus ducatur ad iudices, nisi qui aliene rei, domui, saluti, vel cuiquam invito fuerit importunus, aut noxius.

Ceterum de suis, vel cum suis, vel cum quibuscunque volentibus, facit quisque quod libet. Abundant publica fortuna, ximè, qui habere vitæ suam placuerit, vel propter eos maxime, atque obedienter domus, ubi opipara convivia frequentibus, vomatur, distillatur, & potuerit, diu, nocturne ludatur, theatrali inhonesta lætæ vocibus, atque omni genere, five crudelissimè, five turpissimè voluptatis existunt. Et ille fit publicus inimicus, cui hæc felicitas displicet. Quisquis eam ab auribus, evertat & sedibus, auferat à viventibus. Illi habeantur Pulvis procuraverunt, adeptamque servaverunt. Colantur, ut voluerint, ludos exponant, quales voluerint, quos cum suis, vel de suis possent habere cultoribus. Tantum efficiatur, ut huic felicitati, nihil ab hoste, nihil à peste, nihil ab ulla clade timeatur.

Hæc illi olim Ethnici, hæc hodie nostri Politici, paucis ex L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

ceptis omnia dicunt, probant, faciunt; ut in duorum magnorum Principum aulis, ubi Politici magis quam Christiani fide, & auctoritate pollent, usu venisse cernimus.

NON SUNT CHRISTIANI.

Atqui ejusmodi Politicum, qui religionis causam, atque defensionem, suis fortunis, aut commodis, vel etiam Reipubl. paci, & incolumitati postponit, immò qui cum omnibus rebus non anteposit, Christiani hominis loco habendum non esse affirmo. Quid enim quæso hominem Christianum ab ethnico discernit, nisi nominis Christi fides, cultus, religio? In quo enim nulla est Christiani nominis religio, cultus, reverentia, amor, hunc religionis Christianæ nomine ab aliis non Christianis discerni quisquam existimabit? At quæ est tandem in illo homine Christiani nominis religio, quis cultus, qui amor, quæ reverentia, qui adeo illud non colit, non amat, non reveretur, ut res quaslibet illi anteponat, vel ad ejus defensionem nec pedem movere, nec aliquid discrimen subire, nec vel vultum, vel verbum asperum sustinere velit, ut eam denique nullo loco ducat, totamque ejus curam, vel in Dei providentiam, vel in solos togatos homines, si tamen & in illos, reiciendum judicat?

HÆRETICIS DETERIORES.

Sunt certè hæreticis ipsis deteriores, quia illi aliquam salutem, esse falsam, ac contaminatam, religionem profuturam, ac tenent fortiter; isti nullam tenent, nec tenendam putant, nisi à monachis; totamque hominis felicitatem in terrena pace constituunt, terræ filii, quasque nunquam in Christo regerant. Politicorum enim tota felicitas, tota sapientia, totus cultus est, bonis terrenis affluere, quasi filii reprobis Esau, qui sua primogenia pro uno pulmento vendidit.

Elias zelans pro domo Dei, & veræ religionis cultu, audit ab impio Rege Achab: Tu es, qui conturbas Israel: Sic hodie Politici zelatores religionis, turbatores regni & Reip. esse, videntur.

Sed sanctus Propheta respondit: Non ego turbavi Israel, sed tu, & domus patris tui, qui dereliquisti mandata Domini, & secuti estis Baal. 3. Reg. 8.

Politici verè perturbant Remp. Christianam, qui Dei mandata negligunt, & religionem despiciunt, & sequuntur idola cupiditatum suarum. Certè isti virtutis cognitionem, non practicam tantum amiserunt, ut omnes mali Christiani; sed etiam speculativam, ut ipsi infideles. Neglectum enim religionis pro re laudabili habent: suntque de numero perditissimorum hominum, de quibus Propheta dixit: Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.

ATHEI ETHNICIS MELIORIBUS PEJORES.

Dixerat Zeno Stoicus, iram non esse in Deo, ut puniat malefacta, veluti indignam Deo passionem. Assumpsit Epicurus, Si ira in Deo non est, nec gratia etiam, aut beneficentia ulla, atque ita nec mala puniens, nec benefacta remunerans, rerum humanarum curam non habet, sed seipso solo beatus est. Ex hac Stoicorum propositione Epicuri assumptione, conclusit Diagoras & Theodorus Cyrcæus. Ergo non est Deus, Si enim nullo affectu moveretur, quod intelligibili naturæ est proprium, profus non est. Lulianus in lib. de ira Dei.

An non verò & eadem indufio nostros quoque Politicos concludit atheos? Ajunt illi. Zelus iste, & fervor religionis hominem civilem, ac Politicum non decet.

Sublato zelo, quem vel in paucos reiciunt, vel ab omnibus animo deponi volunt, cura omnis, & affectio religionis tollitur. Concludit ergo apud fe Politicus. Zelus religionis furor, & amentia est. Cura ejus, & affectio, inane quid, & superfluum est. Nihil ergo est hoc totum, quod religio vocatur: magisque ad morem, quam ad rem pertinere (ait S. Aug. de Civ. Dei lib. 6. cap. 10. judicanda est, & illa sapiens servat tanquam legibus justam, non tanquam Deo gratam: sicut olim Seneca virtutis moralis cultor egregius, sed Senator in hac parte Politicus, de Romanorum religione, quam in templo cum aliis colebat, sed animo contemnebat, dixit.

Paci ergo Reipub. (ajunt isti) presentibus commodis, & Kk 4 emolu-

emolumentis proficiendum est: valeat religionis causa, A quantum valere potest. Sive rectè, sive secus ea colatur, quid ad nos?

Immo (ut Scævola Pontifex olim aiebat) expedit falli in religione civitates, quia non nisi ad homines in metu quodam, & officio continendos illam introductam esse iudicandum est.

Sane ipsi melioribus Ethnicis deteriores hi sunt, qui nunquam utile honesto præferre, quod hi in omnibus faciunt voluerunt: de quo multa disputat Cicero in Officiis, etiam ipse ethnicus.

Memorable illud est Aristidis responsum. Themistocles in concione populo advocato, magnum aliquid in animo se habere aiebat, quod Rempub. concerneret; efferre tamen prius non se id velle, quam alicui id communicasset, quem populus deligeret. Delectus est Aristides. Re Aristidi per Themistoclem communicata, confcendens suggestum Aristides, ut, quid esset populo referret, ait: Themistoclis consilio nihil Rcip. Atheniensis utilius, sed eodem nihil iniustius. Hoc audio tacere cum porro populus jubet, nec vel aurius excipere B consilium maxime utile voluerunt, quod ab honesto, & recto discreparet.

Surgunt isti ethnici in iudicio, & nostros Politicos condemnabant. Novi sunt isti Protogoræ, novi Diagoræ, qui civitatis omnibus pelli deberent.

Religionem enim tenent spurcissimi illius Heliogabali Imperatoris, Romani Sardanapali: qui id unum pertinacissime egit, ne quis Romæ Deus (teste Elio Lampridio in vita ejus) nisi Heliogabalus coleretur. Dicebat præterea, Judæorum, & Samaritanorum religionem, Christianam devotionem illuc transferendam, ut omnium culturarum secretum Heliogabali sacerdotium teneret.

Sic isti politici omnes religiones, & sectas Lutheranismi, Calvinianum, Puritanorum, atque adeo Catholicorum alicubi devotionem tolerandas, & recipiendas, atque à regibus permitteudas arbitrantur, dummodo pax regni tuta sit: ut omnium culturarum mysteria Politicorum indolum teneat, eique subserviant.

C POLITIÆ PSEUDOCHRISTIANÆ FONDS, ET ORIGO.

Impolitæ hujus, & falsi nominis Politicæ fons, & origo est ab impia illa Atheorum, & Libertinorum doctrina, qua abutentes illo Psalmi 113. versu, Cælum Cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum; jactare solent, curam de æternitate nihil ad nos spectare: Deum jam olim sine nobis statuisse, quid nobiscum velit agere: Salutem aut exitum destinasse, cui reluctari non possumus. Igitur totum studium nostrum sit circa temporalium rerum administrationem, ut omnia ex voto procedant, cum nulla ad salutem media efficacia habeamus, unde omnino perinde se habet, quam tenent Religionem, ut quæ prædestinationis decretum non elidit, nec tollit, nec immutat.

Quo consecrario Scholæ Libertinorum, ad quam aditum facit Joannes Calvinus, ut infra in loco de Prædestinatione docebitur. Tit. Heret. de Prædest. alterationes, & dogmata; posito, facile est libertatem religionis probare, omnium sectarum formas, & normas inducere, in omnem se religionis monstrositatem flectere.

Quamvis non negaverim, jam olim priusquam Lemanice paludis excrementa orbem Christianum fedarent, etiam hanc quam diximus doctrinam improbitatem à plerisque inftar zizaniorum in medio tritici superfeminatam fuisse. Scribit enim August. Epist. 48. multos suo tempore fuisse, qui nihil crederent interesse, in qua quisque parte (Donatistarum, an Catholicorum) Christianus esset.

Eundem errorem in suo Alcorano infillavit Mahometus: sed nemo pestilentius, quam in suis scriptis Calvinus.

Vide infra locum de Prædestinatione. Item supra, Locum de Libertinis, Libertate, & Locum de Religione, ubi de Religione Libera.

Pollicitatio.

PROMISSIO. SPONSIO. VOTUM.

Ut est nuda mentis conceptus, sive apprehensio, adjunctum habens propositum implendi, Quia de Votis, ut Deo, vel Sanctis sunt, aut propter finem religionum, dicitur suo loco.

\* DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Nomen Promissionis generale est, & ad omnes contractus extendi potest, sicut & nomen stipulationis.

At Promissio proprie, & ut ab aliis contractibus distinguitur, & sub se comprehendit Pollicitationem, est deliberata, & spontanea fidei obligatio, facta alteri de re quapiam bona, & possibili: Quæ definitio locum habet in Promissione, ad cuius impletionem promittens obligatur, quod secus se habebit, si aut non plena deliberatione fiat, ut metu, aut fraude fit extorta, vel denique de opere quod abique peccato nequit præstari, vel cujus executio est illicita.

Pollicitatio vero est offerentis solius promissum. L. 3. m. de Pollicit. Seu est nuda promissio nondum secuta acceptatione. Unde omnis pollicitatio promissio est, non contra.

Pollicitatio Græcè ὑπόσχεσις, Hebraicè Dabar dicitur, id est verbum: quippe inter bonos, & probos, verbum solum se habet in iuramenti, & promissi.

POLLICERĒ PROMITTERE. VOVERE. QUOD V. G. Templum.

Vidit ad Anienem Gallis, Dictatore Furio Camillo, populus domum reverfus magna vi insilit, ut alter Consul præter morem ex plebe crearetur: quæ rogatio jam aliquot annos duraverat: ita ut nulli Consul, sed Tribuni potestate consulari crearentur. Opponebat se Senatus, & Camillo Dictatorem prorogabat, summo ejus imperio securitatem suam coaptans. Sediti pro Rosstris Camillo, & jus dicenti, missus à Tribuno plebis viator, sequi iussit ei, manusq; injecit, quasi eum ducturum. Ibi clamor, & strepitus occupavit, ut nunquam aliâ, forum: alii, qui cingebant Camillum, viatorem à tribunali repellentibus: vulgo ex inferiore loco, ut detraheretur, vociferante. Ille in tali tumultu fluctuans animo, summum imperium tamen non proiecit, sed abducto senatu consulit se in curiam. Quò priusquam ingrederetur, ad Capitolium respiciens, deos precatus est, ut præsentem motum in bonum exitum verterent, ademque Concordiæ, si esset tumultus sedatus, vovit. Post magnam alterationem permissus tandem plebi alter Consul. Insequenti die coacto populi concilio, egeds Concordiæ, quæ foro & concioni immineret, ob sedatum tumultum extruenda desecit. Adiecit insuper Latinus unus, ut quatenus diebus agerentur, utque populus Rom. omnis in præsentia sacrificaret coronatus. Plat. in Camillo.

DAGOBERTUS Clotharii II. Francorum Regis F. patris iram ob Sadregisillum Aquitaniam præfectum iniquè à se tractatum oppidum in speluncam pervenit, ubi corpora martyrum, Dionysii, Rustici, & Eleutherii condita erant. Inde cum à militibus à patre missis retrahi deberet, oborto horrore, omnibusque membris capiti milites, ingredi non potuerunt. Pater existimans eos filio gratificari regnatum, ipse ingredi conatur: sed eodem pavore correptus, non ante quam filio data venia, ingredi potuit. Hinc à Martyribus ajunt per quietem admonitum Dagobertum, ædem illis vovisse, quam rerum potitus ex-citata magnificè excoluit. Emil. l. 1.

Fridericus Boemorum Rex ad Pragm prælio cecidit de rerum summa cum Sobieslao II. quem Cæsar Friderici Laudoritate, & auxilio deiecerat. Uxor Friderici Elizabetha, pugnam ex fenestra prospectans, elevatis in cælum manibus, supplex vovisse dicitur, templum sub D. Joannis nomine in eodem campo à se edificandum, in quo pauperes, & egeni hospitio acciperentur, si Christus victoriam marito consulisset.

Votumne, an virtus militum, an utrumque in causa fuit tantam, tamque constantem impressionem amplius sustinere Sobieslaus non toleravit, primisque fugæ exemplum cæteris præbuit: quem Fridericus usque ad Pagum Profska insequutus, vulnus capiti ejus, non tamen lethale, sua manu intulit, celeritatem equi magis jam, quam ulli rei fidem, destitit persequi. Exul tandem, extorritaque aliena in terra mortuus est. Dubrav. lib. 3.

Ver sacrum.

A. Quondam Sabini feruntur vovisse, si res communis melioribus locis confisteret, se ver sacrum facturos. Quo voto damnati, secum omnem dicuntur ejus anni statim consecrassent. Sed etiam T. Livius ipse meminit, qui inquit: Pro his tantis, totque victoriis, ver sacrum diis immortalibus agi, haberique, & in alio etiam loco à libro trigefimo quarto: Ver sacrum vident pecus, quod natum esset inter Kalen. Martias, & pridie Kal. Majas, P. Cornel. Scipione & T. Sempronio Longo Consulibus. Vid. Var. lell. l. 25. cap. 22.

Corporis afflictionem.

Marris pro filio intercessionem, Horat. li. 2. Sat. 3. descripsit. Jupiter ingentes qui das, adimisque dolores, Mater ait pueri, menses jam quinque cubantis, Frigida si puerum quartana reliquerit, illo Mane die, quo tu indicis jejunia, nudus In Tyberis flabit, Casus, medicusve levavit Ægrum, ex præcipiti: mater deiva necabit, In gelida fixum ripa, febrique reductet. Quone malo mentem concussa? Timore æorum.

B. QUIBUS POLLICERĒ, PROMITTERE, VOVERE. Diis.

De navigatione Thefei sic scripsit Plato in Phædone: Thefeum præfectum in Cretam, cum bis septem hominibus votum suscepisse, si ipse salvus salvos suos reduceret, singulis annis spectaculum Delphos ducturum ad Apollinem, quem morem Athenienses adhuc quo tempore servarent, ut ipsum eandem Thefeum nave coronatam Delum mitterent: quo toto navigationis tempore quoque ad Piræum rediit, nefas sit quenquam supplicio capitali afficere.

Insurbes Galli, qui è Transalpinis prodire, Alpium accolæ, in Romanos arma sumere ausi, Britomaro duce, se non prius balthea soluturos, quam Capitolium ascendissent, sponte juraverant: Quos ubi, Æmilias superavit, ut iuramenta præstarent, captivos Romam duxit, duosque in Capitolium subinde diducit. Redintegrato cum Romanis bello, Aviovisito Duce, ex hostium exuviis suo Marti torquem aureum voveret.

C. Sed Capitolium Jupiter eorum votum interceptis, quando quidem Flaminius de torquibus eorum aureum Jovi trophæum erexit, Viridomaro Rege, Vulcano quoque Romano arma voverant: sed frustrata eos vota alio occidere. Cælo namque Rege, Marcellus, tertius post Romulum, Feretrio Jovi optima spolia retulit. Rom. lib. 6. Dec. 1.

Moris erat Romanis, ut Imperatores quinto ac decimo quoque Imperii sui anno, dies quosdam festos peragerent: in quibus sacra, ludosque omnis generis facerent, ac præterea diis votis se solennibus obligarent, si se incolomes in proximo quinquennio, aut decennio conservassent, ut vota superiore quinquennio nuncupata pro cetena incolumitate persolverent. Sic certè anno 289. Diocletianus & Maximianus, uterque quinquenniali apparatu, ut affolebat, maximo edidit. Maximianus ac Trevis celebravit, quæ tum Gallici sedes habebat Imperii: Diocletianus in Syria. Sigon. lib. 1. Occid. Imp.

Albanus Rex Britonum, à Normannis afflictus, votum vovit, cum assensu subditorum suorum, si Deus sibi victoriam largiretur, sese decimam partem omnium bonorum suorum Deo, & S. Petro Romam missurum. Regino lib. 2.

Regibus.

Ingressi olim apud Danos curiam proceres, famulatus sui principia, alicujus magnæ rei voto principibus obligare solebant, virtute tyrocinium aufcantes. Sic Viggio quidam, armillis donatus à Roluone Danorum Rege, voto se obtinuit, si Roluonem ferro perire contingeret, sese vindictam ejus persceturum. Saxo lib. 2.

Subditis.

Titus Imp. cum admoneretur ab amicis, quòd plura polliceretur interpellantibus, quam præstare posset: respondit: Non oportere quenquam à Cæsaribus colloquio tristem discedere. Suetonius.

Militibus.

M. Brutus Philippensi acie donum militibus persolvit: ac promissis, si dimicassent strenue, duas urbes se eis prædæ, & direptioni daturum, Theffalonicam, & Lacedæmonem. Hoc Brutus vitæ crimen unum inest inexcusabile: quamvis multo his tristiora militibus præmia Antonius, & Cæsar tribuere,

qui omni penè Italia veteres exegerunt cultores, ut agrum illis, & oppida darent aliena. Plut. in Bruto.

Sponsis.

Apud Romam Sponsa in mariti domum introducta, inquit, Ubi tu Cajus, ego Caja, quasi dicat. Ubi tu Dominus & paterfamilias, ego domina & mater-familias. Plut. in quest. Rom.

Mortuis.

Gothardus Hildesianus Episcopus, cum mense assidens, Metinvercum Padebornensem Episcopum à rebus humanis exemptum audisset, utraque manu panem, qui oppositus erat, album apprehendit: O Benedicte, inquiens, Metinverce, cum te albus panis à communi morte non potuerit liberare: ego, quandiu superstes ero, de albo pane nunquam gustabo. Quod suum votum stricte servavit. Chronicon Cosmiarum.

QUOMODO.

Cum Imprecatione, Devotione.

Ex Tit. Fidem dare, huc quædam. Illic Fides, hic Promissio consideratur.

Lacedæmonii Argivis agrum qui Thyrea dicebatur, abstulerant. Concursum utrimque infestis signis, Lacedæmonii tamen victores evasere. Ex eo tempore Argivi tonsa coma, devoverunt sese ne prius comam alerent, neve mulieres aurum ferrent, quam Tyreas recuperassent; Lacedæmonii contra, cum tonsi essent, in posterum comati esse voluerunt. Herod. lib. 1. & Plut. in Parallellis.

Saraceni, capitis, & mentis abrafis, sibi diras horribiles imprecari solent, è prælio nisi victores excedant. Ofor. l. 5. verum Emmanuelis.

Germani milites, cum eos Georg. Frانسpergus, & Sithius Caroli V. Cæsar. Duces ad Papiam ad pugnam hortarentur, in genua procubuerunt, & truci murmure, quodam carmine enunciato, cava manu, collectum solo pulverem in terra sparserunt: qui mos erat antiquissimus eorum, qui se pro principe, victoriarum devoverent, ac jurarent, se nisi victores domum non esse redituros. Jovius lib. 5. in Pistrario.

Cum Petitione, Respiratione.

Vide Tit. Petitionis. Faciam ut facias, promittit simul, G. petit.

POLLICITA, PROMISSA PRÆSTARE, IMPLERE.

Berenice, ut Deo vota solveret, nudo pede, & abrafo capillo Hierosolymis ante tribunal supplicavit. Alex. ab Alex. lib. 3. c. 22. ex Josepho.

Rex Artaxerxes præcepit Esdræ, & populo, ut ferret munera Domino Deo Israël, quæ voverat. 3. Esd. 8.

Metapontini voti compotes, auream æstatem Apollini voverunt, hoc est, uberrimum & quaestuosissimum annum Deo & numinibus consecrarunt. Alex. lib. 3. c. 22.

Captis Godofredi Bolionii virtute Hierosolymis, Boemundus, & Balduinus, quorū alter Antiochiæ, alter Edessæ restitit, quòd in Europa nomina in sacrum bellū dederant, religionem se adhuc teneri rati, nec solum, quod cõjurarant, non alibi quam Hierosolymis arma posituros, in sanctam urbem venire. Qui domum redibant ex militibus sacris, palmam absolutæ peregrinationis insigne secum tulere. Emil. lib. 4.

Hofibus.

Gens quædam Pelasgica, quæ Lemnum incolebat, navibus transiit in Bætronem, vel (ut Herodotus) Brautonem Atticæ regionem, atque ex ea mulieres raptas abduxerunt. Post ubi pestilentia laborarent, oraculo jussi sunt Atheniensibus satisfacere, atque ita futurum, ut pestilentia liberarentur. Athenienses rogati, quo pacto placari vellent: denunciarunt ut Lemno decederent. Hanc conditionem cum audissent Pelasgi, per jocum responderunt id facturos sese, si quis Borea vento unius diei navigatione domo profectus, Lemnum transmitteret. Evenit deinde, ut cum Darius in Thracia agens omnia undique subigeret, Milciades Dux Atheniensium è Chersoneso solvens, Lemnum aggrediretur, Pelasgis denunciatis se Borea uniusque diei cursu adesse domo profectum: nam Chersonesum tenebat, atque illic habitabat: Itaque Hermon Pelasgorum Princeps Lemno cessit. Idque cum Darii metu compulsus faceret, adimplere tamen se volentem cedere, quò gratum faceret Atheniensibus. Hujusmodi sermè leguntur in Græcorum collectaneis. Am. Probos in Militiade aliquanto diversius rem narrat, Cum